

1093, mayo, 5¹⁵

Sancho Ramírez, rey de Aragón y de Navarra, junto con su hijo Pedro, hacen donación de la capilla de San Salvador en Loarre y otros bienes a la iglesia de Jesús Nazareno de Montearagón.

(*Crismón*). In nomine summi et eterni Dei omnipotentis, Patris et Filii et Spiritus Sancti. Notum sit omnibus aecclesiae filiis presentibus scilicet ac futuris quod ego Sancius gratia Dei Omnipotentis rex aragonensium nec non et pampilonensium, Ranimiri regis filius et Petrus filius meus, memores uerborum Domini Nostri Ihesu Christi quibus ipse dixit "date helemosinam et ecce omnia munda sunt vobis" et quoniam helemosina a morte anima liberat et sicut aqua extinguit ignem, ita helemosina extinguit peccatum, facimus donacionem ex rebus nostris aecclesiae Ihesu Nazareni que est sita in Montearagon. Igitur ego prefatus Sancius rex et filius meus Petrus, uolentes placare in omnibus diuinitatem ob inmensa beneficia a Deo nobis collata, quoniam debet felicitas hominis beneficiis respondere Creatoris, calore Sancti Spiritu succensi donamus eidem ecclesie¹⁶ capellam Sancti Saluatoris de Luar cum omnibus ecclesiis et capellaniis suis que ibidem sunt uel fuerint cum decimis et primiciis et cimiteriis atque alodiis suis et palaciis, terris, uineis et uno clauigero in eodem castro de Luar nomine Enneco Fortuniones cum filiis et filiabus suis et omnibus que ad eum pertinent et cum omnibus que habet uel que in posterum acquiret. Preterea donamus supra dictae aecclesiae Ihesu Nazareni ecclesiam Sancti Clementis de Arrasal cum omnibus suis pertinentiis, decaniis, possessionibus, terris, uineis, pascuis, siluis, garricis, arboribus, molendinis, ortis, aquis aquarumque exitibus et regressibus earum uie ductibus et reductibus earum cum uno excusato nomine Fertuniolup de Arrasal cum filiis et filia-

¹⁵ Para la transcripción de este documento se ha utilizado la copia AHN. Clero. Montearagón, n.º 7, por ser más clara. No obstante, en aquellos trozos deteriorados se ha suplido con la lectura de otras copias, ya que la n.º 12 de esta misma carpeta la sigue casi al pie de la letra. Las copias con los números 6, 8, 10, 11 y 13 siguen el mismo modelo cuyas variantes se señalan en nota. La n.º 9 sigue el modelo de la 7 pero no contiene más que una parte de la misma, y finalmente la numerada con el 14 es un trasunto notarial de la copia n.º 9.

¹⁶ A partir de aquí la copia n.º 9 sigue con la donación de la iglesia de Santiago de Funes.

bus suis et omnibus ad eum pertinentibus et cum altero excusato in Bntue nomine Enneco Asnar cum filiis et filiabus suis et omnibus ad eum pertinentibus et cum uniuersis que nunc habet uel que in posterum adquirit. Preter hanc donationem concedimus etiam eidem ecclesie Ihesu Nazareni monasterium Sancti Andree de Fanlo cum omnibus apendiciis suis, decaniis, uillis, mansis, palaciis, possessionibus cum omnibus hominibus mischinis suis et posteritate illorum, cum terris, uineis, pratis, pascuis, siluis, garricis, arboribus fructiferis uel infructiferis, molendinis, aquis cum exitibus et regressibus earum, uie ductibus et reductibus earum tam urbanum quam rusticum, montuosum siue decliuum quicquid dici uel nominari humano ore potest, omnia et in omnibus sicut umquam tenuimus uel tenere debuimus per qualescumque uoces sine ulla reseruacione, cum uniuersis que nunc habet uel in futurum habiturum est. Super hec quoque concedimus prescripte ecclesie Ihesu Nazareni monasterium Sancti Ianuarii quod est situm super ripam fluminis quod dicitur Gallico, cum decaniis, alodiis, uillis, terris, uineis, molendinis, ortis, siluis, pratis, pascuis et cum omnibus que nunc habet uel in futurum adquirit. Donamus etiam predictae ecclesie ecclesiam Sancti Iohannis de Arguissal cum terris, uineis, ortis, molendinis, pascuis, siluis et cum omnibus apendiciis tam presentibus quam futuris. [Addimus similiter ecclesias et capellanas de castello Sancte Eulalie que ibidem sunt modo in suis terminis uel in antea erunt cum alodiis, decimis et primiciis. Confirmamus etiam eidem ecclesie Ihesu Nazareni ecclesias de Castello Sauals cum alodiis, terris, uineis, omnibusque possessionibus quas nunc habent uel que in posterum habebunt. Addimus etiam ad remedium salutare animarum nostrarum ecclesias de Ualle Longa et de Iuiuluc et de Sauaies cum omnibus alodiis et decimis et primiciis et oblacionibus christianorum et alhobcis sarracenorum et omnibus pertinentiis suis presentibus et futuris. Concedimus etiam predictae aecclesie molendinum de Abintraela cum suo orto ut illud ingenuum possideat inperpetuum. Damus etiam ortum ultra ripam fluminis iuxta uiam de Terz situm. Concedimus etiam aecclesias de Arbanes, de Castilgon, de Oliuito et de Septimo et de Alcalá cum omnibus decimis et primiciis et apendiciis suis que nunc habent uel postmodum acquirere et mezquitas ibidem sitas cum alhobcis sarracenorum cum omnibus pertinentiis suis. Addimus etiam ecclesias quae sunt in Bespen uel erunt cum his que ad eas pertinent uel pertinebunt cum ecclesiis de Blegua et cum mezquita et alhobcis eius. Super hec confirmamus ut aecclesia Ihesu

Nazareni habere aeclesias et mezquitas de Saraniana cum pertinentiis suis et alhobcis earum et ecclesias de Liçana et de Anguas et de Almalek et de Iunçano et de Cetrana et de Siso et de Lauata cum omnibus decimis et primiciis abintegro et cum terris, uineis, ortis, molendinis et omnibus ad eas pertinentibus. Concedimus insuper prefate ecclesie Ihesu Nazareni mezquitas de Petrasilice et de Marcen et de Nouals et de Argauiso et de Salelas et de Baros et de Calgen et de Albero et ecclesias quae ibi sunt uel fuerint cum decimis et primiciis et omnibus pertinentiis¹⁷. Addimus etiam et donamus prelibate ecclesie monasterium Sancti Petri de Siresa cum omnibus pertinentiis suis decaniis, uillis, mansis, palaciis, possessionibus, terris, uineis, pratis, pascuis, siluis, molendinis, ortis, aquas aquarumque exitibus et regressibus earum, uie ductibus et reductibus earum et cum omnibus hominibus et meschinis¹⁸ suis eorumque posteritatibus et cum uniuersis que habet uel in posterum acquireret. Damus preterea supra dicte aeclesiae monasterium Sancti Iohannis de Gordeia cum omnibus suis pertinentiis nec non et decimas¹⁹ alodiorum nostrorum et molendinorum que habemus in Marquerlo²⁰ et in Arigulos et in Murello et in Tolsana et in Heliso²¹ et in Aguero, decimas quoque homicidiorum et omnium iusticiarum quae fiunt in illis uel in terminis earum. Adhuc etiam ego rex Sancius et filius meus Petrus amore Christi prouocati donamus ecclesie Ihesu Nazareni aeclesias et capellanas de castro Aierb²² que ibidem sunt modo uel in antea erunt in omni termino suo cum decimis et primiciis suis et oblationibus atque omnibus que ad eas pertinent seu pertinere debent uel que in posterum pertinebunt²³. Addimus similiter ecclesias et capella-

nas de Boleia cum omnibus alodiis, terris, uineis, ortis, decimis, primiciis et omnibus apenditiis suis presentibus et futuris. Damus etiam me²⁴ mezquitas²⁵ et eadem Boleia cum omnibus que ad eas pertinent uel pertinebunt²⁵. Concedimus etiam Ihesu Nazareno ecclesias de Lupingen cum decimis et primiciis et omnibus pertinentiis suis. Damus etiam aeclesias de Artasona cum decimis et primiciis et oblationibus suis. Addimus quoque omnes decimas de nostra laborancia que pertinent ad Luar et ad Montaragon et ad Aierb uel ex omnibus locis in quibuscumque laborauerimus intra Alcanatir et flumen Gallico uel ex omnibus laboranciis que fuerint infra terra et pertinent ad merinaticum de Montearagon. Concedimus quoque medietatem decime ex tota almutegena et nouena quas inter duo predicta flumina hodie habemus uel deinceps habuerimus. Decimas quoque aquarum, uacarum, porcorum, ouium, quintarum preter hec homicidiorum, iusticiarum, herbaticorum et omnium omnino rerum que n[ostre] sunt possessionis infra terminum predictum. Volumus prete-

usque ad illum locum quae pertransiens fluum intrat Iberum et usque ad illum locum quae prescriptum flumen Gallico ex altera parte transiunt similiter eundem fluum intrat Iberum tam nostrae partis quam habemus uel in antea habebimus quam partis illius quam senioribus dedimus uel in antea dabimus.

²⁴ En carp. 621, n.º 6: *mezquitam*.

²⁵ Ídem añade: *Preterea damus mezquitam maiorem de Osca cum omnibus que nunc possidet uel in futurum adquisitura est. Addimus similiter aeclesias et capellanas de Castello Sanctae Eulaliae cum alodiis, decimis et primiciis et pertinentiis presentibus et futuris. Confirmamus etiam eidem aeclesiae Ihesu Nazareni aeclesias de Castello Sauals cum alodiis, terris, uineis omnibusque possessionibus quas nunc habent uel quae in posterum habebunt. Addimus etiam ad remedium salutare animarum nostrarum aeclesias de Ualle Longa et de Iuuluc cum omnibus alodiis et decimis et primiciis et oblationibus christianorum et alhobcis sarracenorum et omnibus pertinentiis suis presentibus et futuris. Concedimus etiam predictae aeclesiae molendinum de Abintrailla cum suo orto ut illud ingenuum possideat in perpetuum. Damus etiam ortum ultra ripa fluminis iuxta uia de Terz situm. Concedimus etiam aeclesias de Arbanes et de Septimo cum omnibus apenditiis suis quae nunc habent uel postmodum adquirent et mezquitas ibidem sitas cum alhobcis sarracenorum. Addimus etiam aeclesias quae sunt in Bespen uel eruat cum his quae ad eis pertinent et pertinebunt. Super haec confirmamus ut aeclesia Ihesu Nazareni habeat mezquitas de Petra Silice et de Lauata cum omnibus suis apenditiis et omnes aeclesias ibidem Deo annuente futuras. Stabilimus etiam ut habeat eadem aeclesia Ihesu Nazareni aeclesiam Beatae Mariae quae est sita Cesaraugustae in Alahicen.*

¹⁷ Falta en la copia carp. 621, n.º 6 [*Addimus ... pertinentiis*].

¹⁸ En la copia carp. 621, n.º 6: *mischinis*.

¹⁹ En la copia carp. 621, n.º 6 añade: *omnium*.

²⁰ Ídem: *Merquerlo*.

²¹ Ídem: *Eliso*.

²² Ídem: *Aierbe*.

²³ Ídem añade: *Simili modo concedimus eidem ecclesie ecclesiam de Lopinnen cum alodiis, terris, uineis, decimis, primiciis et omnibus apenditiis tam presentibus quam futuris. Preterea quoque donamus ecclesiae Ihesu Nazareni ecclesias et capellanas de Almunia et de Arrobores cum uniuersis decimis portaticorum et laborantium et molendinorum nec non et decimas omnium tributorum et almutegantarum omnium uillarum uel castrorum quae de aqueductu superiori qui entrantur de Gallico flumine quod transit per nostram terram super Muzalchacen ex illa parte quae respicit Zuberu*

rea et discernimus²⁶ ut ou[es] et cetera qualescumque bestie ecclesie Ihesu Nazareni proprie uel a clericis et a mischinis suis possesse et [libere] sunt et ingenue²⁷. Etiam ubicumque introierint nostrorum. ... uel bestiarum greges ad pascendum erbam pascant et introeant Ihesu Nazareni bestie et hominum eius solute et sine ullo cisso malo et de illis montibus, siluis ubi homines nostre familie intrant et ... homines Ihesu Nazareni ad opus habuerint.

Ego insuper rex Sancius et filius meus Petrus donamus ecclesie²⁸ Ihesu Nazareni de Montaragon et senioris qui ibidem sunt²⁹ ecclesiam Sancti Iacobi de Funes cum omnibus ecclesiis et capellaniis que ibidem sunt uel erunt cum decimis et primiciis suis et cimiteriis, alodiis, terris, uineis, molendinis, ortis, omnibusque pertinentiis suis quae hodie habent uel deinceps³⁰ adquirent et cum decimis placitorum homicidiorum quintarum et omnium censuum quas habemus uel habere debemus in tota Valle de Funs. Simili tenore concedimus ecclesias de Alasuas³¹ que modo sunt ibi uel fuerint in omnibus terminis suis cum decimis et primiciis et uniuersis apendiciis suis presentibus et futuris. Damus quoque³² ecclesie Ihesu Nazareni ecclesias³³ de Pennalene et ecclesias de Marcella et ecclesias de Miraclo et ecclesias Sancte Marie de Arlas cum decimis et primiciis, terris, uineis, ortis, aquis, molendinis, herbaticis et cum omnibus aliis suis apendiciis simul cum decima laborancie regie que fit in Petralta et in Arlas

²⁶ En carp. 621, n.º 6: *decernimus*.

²⁷ Ídem, falta el párrafo siguiente: *Etiam ubicumque ... ad opus habuerint*.

²⁸ A partir de aquí sigue la copia n.º 9, después del preámbulo ya señalado. V. nota 12.

²⁹ En carp. 621, n.º 6, falta el principio de este párrafo, que en esa copia comienza: *Addimus etiam autem prioribus donationibus ecclesiam...*

³⁰ Ídem: *deinceps*.

³¹ 621/6 falta: *que modo sunt ibi uel fuerint in omnibus terminis suis cum decimis*, en cambio añade: *portaticorum et ceterarum ad eam pertinentibus et uniuersis...*

³² Ídem añade: *supradicte*.

³³ Ídem: *ecclesiam de Pennalene y añade cum decimis et primiciis suis et cum uniuersis quae hodie habet uel deinceps adquiret. Simili modo donamus ecclesiam de Marcella et ecclesiam de Miraculo cum decimis et primiciis, terris, uineis, ortis, molendinis, aquis, alodiis, decimis portaticorum et erbaticorum cum omnibus aliis suis apendiciis quae nunc habent uel habiture sunt. Damus quoque ecclesiam Sancta Marie de Arlas...*

et in Falces et in Miranda³⁴ et cum decimis molendinorum, homicidiorum et iusticiarum que fient in eisdem uillis et cum decima alodiorum que tenent nostri milites in fedum³⁵. Damus insuper Ihesu Nazareno aeclesias de Murelo Freto et de Sancta Cara et de Caracastello et de Uillazorig cum omnibus decimis, primiciis et oblationibus suis et cum omnibus ad eas pertinentibus. Donamus etiam predictae aeclesiae Ihesu Nazareni aecclesiam et castellum de Arrada cum uilla, cum decimis et primiciis et omnibus terminis suis abintegro. Addimus etiam prioribus donationibus aecclesia Sanctae Mariae de Larraga cum capellaniis³⁶ et omnibus ecclesiis que modo sunt ibi uel fuerint in omnibus terminis suis, palaciis, possessionibus, terris, uineis, pascuis, siluis, garriciis, arboribus fructiferis uel infructiferis, aquis cum exitibus et regressibus earum, cum decimis et primiciis et cum decima regiorum³⁷ molendinorum qui sunt uel erunt in eadem uilla, cum decimis homicidiorum et iusticiarum³⁸ et cum decima de illa nouena de eadem uilla. Similiter donamus aecclesiam Sancti Saluatoris de Ponte de Arga cum omnibus que habet uel abere debet. Statuimus etiam ut habeat prefata ecclesia³⁹ Ihesu Nazareni decimas homicidiorum et iusticiarum in tota Ualle de Ouans et de Miranda et de Andion et de Cebron⁴⁰ cum decima de nouena in eodem Cebron et de nostra hereditate decima et primicia. Concedimus quoque⁴¹ predictae ecclesie ecclesias de Iuero cum decimis et primiciis suis et cum alodiis, domibus, terris, uineis, molendinis, ortis et cum decimis et laboranciarum regalium et cum decimis molendinorum, ortorum, uinnearum, homicidiorum et iusticiarum⁴² de tota

³⁴ 621/6 falta: *et cum decimis molendinorum, homicidiorum et iusticiarum que fient in eisdem uillis*.

³⁵ Ídem falta el párrafo siguiente: *Damus insuper Ihesu Nazareni abintegro*.

³⁶ Ídem falta: *et omnibus ecclesiis que modo sunt ibi uel fuerint in omnibus terminis suis*.

³⁷ 621/6 pone: *regii molendini quod est in eadem uilla*.

³⁸ Ídem falta: *et cum decima de illa nouena de eadem uilla. Similiter donamus aecclesiam Sancti Saluatoris de Ponte Arga cum omnibus que habet uel abere debet*.

³⁹ Ídem falta *Ihesu Nazareni*.

⁴⁰ Ídem falta: *cum decima primicia*.

⁴¹ 621/6 falta: *predictae ecclesie ecclesias de Iuero cum decimis et primiciis suis et cum alodiis*.

⁴² Ídem falta: *de tota ipsa terra quam nos ibi habemus uel habere debemus*.

ipsa terra quam nos ibi habemus uel habere debemus. Volumus etiam ut habeat ecclesia Ihesu Nazareni decimas terrarum, uinearum, molendinorum et ortorum et omnium rerum quas habemus in Arazuli et decimas omnium terrarum quas habemus in Artica⁴³ et in Xandua. Concedimus etiam decimas de terris, uineis, molendinis, ortis quos habemus⁴⁴ uel abebimus nos uel alii homines per nostrum donatium in castro quod dicitur Stella et decimam parie quam persoluunt iudei qui sunt uel erunt in eodem castro⁴⁵ Similiter damus illam ecclesiam de illo castello cum omnibus suis pertinentiis et suis directaticis et cum decima placitorum, homicidiorum et iusticiarum que fient in eadem uilla. Addimus etiam decimam denariorum⁴⁶ uel reddituum omnium de Salina de Gienez, decimam quoque terrarum et uinearum de Borrouz⁴⁷ quas dedimus seniori Exemino Fortuniones de Punicastro. Decimam quoque terrarum et uinearum regalium quas dedimus in Lerate et in Carcara seniori Enneco Biolaz. Damus etiam decimas terrarum et uinearum et molendinorum et ortorum quos dedimus in Exauri seniori Sanio Garçeç⁴⁸.

Preterea donamus supradicte ecclesie Ihesu Nazareni ecclesiam Sancte Marie de Uxua cum ecclesiis et capellaniis que infra eiusdem terminos sunt uel erunt cum decimis et primiciis, cum alodiis, decaniis, mansis, palaciis, meschinis, terris, uineis, erbaticis, pratiis, pascuis, siluis, garriciis, arboribus fructiferis et infructiferis, ortis, molendinis, aquis, aquarumque discursibus et uie ductibus tam urbanum quam rusticum, tam montuosum quam decliuum et cum uniuersis que in presentiarum possidet uel que in posterum Deo uolente adquiret. Donamus etiam decimas terra-

⁴³ Ídem falta: *et in Xandua.*

⁴⁴ Ídem falta: *uel abebimus nos uel alii homines per nostrum donatium.*

⁴⁵ 621/6 falta: *Similiter damus illam ecclesiam de illo castello cum omnibus suis pertinentiis et suis directaticis et cum decima placitorum homicidiorum et iusticiarum que fient in eadem uilla.*

⁴⁶ Ídem falta: *uel reddituum omnium de.*

⁴⁷ Ídem: *Berriozza.*

⁴⁸ 621/6 añade: *Similiter damus prefatae ecclesie Ihesu Nazareni castellum quod uocatur Arrada cum erbaticis et cum suis terminis. Preterea constituimus ut oues... qualescumque bestis quae pertinent ad predictos honores permaneant libere et ingenue.*

rum, uinearum, molendinorum, ortorum⁴⁹ et carnaticorum quos habemus in Tafalia⁵⁰ et in U[n]s et in Beir⁵¹. Donamus etiam Ihesu Nazareno ecclesias de nostra almunia de Olit que modo sunt ibi uel fuerint cura omnibus decimis et primiciis. Addimus quoque ecclesiam Sancti Uincenci que est sita infra terminum de U[n]s cum omnibus alodiis et pertinentiis suis. Concedimus etiam decimas terrarum et uinearum et ortorum quos habemus in Abeiza nec non decimas homicidiorum et iusticiarum que ibidem sunt que omnia addimus seniori Garcia Fortunionis. Damus quoque decimas terrarum quas dedimus mulieri senioris Eximino Fortunionis que sunt in Estelaua. Similiter concedimus decimas et primicias terrarum uinearum quas habemus in Leerga. Decimas quoque terrarum et uinearum quas habemus in Kece. Decimas quoque denariorum quas habemus de salinis in eodem Kece. Concedimus etiam ecclesiam Sancte Marie de Unçui⁵² cum terris, uineis et molendinis et ortis et meschinis et cum omnibus apendiciis suis. Decimas quoque terrarum et uinearum quas tenet senior Garcia Exemenz in Exau per manum regiam. Addimus etiam ecclesiam Sancti Iohannis Euangeliste de Ligin cum aliis suis ecclesiis et capellaniis, alodiis, terris, uineis et cum ecclesia Sancte Marie de Exaue cum terris, uineis et cum domibus et alodiis suis et cum una domo quam dedimus eidem ecclesie Sancte Marie cum radicibus suis et cum omnibus sibi pertinentibus in eadem uilla et cum omnibus que nunc habet uel deinceps adquiret. Decimas quoque damus terrarum et uinearum et ortorum et molendinorum regalium infra terminos de Ligin et de Hurroz et de Aboiz et de Artasso et de Lumbier et de Zuazu et de Lizogne et de Uart. Damus quoque decimam parie quam persoluunt iudei habitantes in uilla que dicitur Lizarrarrella. Stabilimus etiam ut habeat ecclesia Ihesu Nazareni decimas homicidiorum et iusticiarum quae pertinent ad nos in Irunnia usque ad Pontem Sancti Martin et de Tafalia usque ad Iruniam. Decimas etiam et primicias uaccarum, aequarum, porcorum, ouium, caseorum, quintarum quae sunt nostrae possessiones infra terminos predictos. Concedimus simili donatione

⁴⁹ Ídem falta: *et carnaticorum.*

⁵⁰ 621/6 añade: *et in Oliito.*

⁵¹ Ídem falta: *Donamus etiam Ihesu Nazareno ecclesias de nostra almunia de Olit que modo sunt ibi uel fuerint cum omnibus decimis et primiciis suis.*

⁵² Ídem: *Unçue.*

ecclesiam Sancti Iohannis de Sangossa cum aecclésiis et capellaniis suis [que] in eodem termino sunt uel erunt et cum Sancto Iuliano de Aiuar cum decimis et primiciis, [terris], uineis et possessionibus cunctis ad eas pertinentibus, tam presentibus quam futuris. Damus preterea decimas et primicias terrarum, uinearum et molendinorum et ortorum in Gallipenzo et Cassida et Ciuitatella et Sancta Eulalia et omnes decimas que modo expenduntur in faciendo ponte quam postea peracto ponte, ad ius ecclesiarum precipimus redire⁵³. Concedimus et confirmamus aecclésie Ihesu Nazareni omnes decimas nostrarum hereditatum quas habemus uel habere debemus nos aut aliquis homo per nostram manum in prestamo aut donatiuo de carta de Funs usque ad Ponicastro et de Ponicastro usque ad pontem Sancti Martini et de ipso ponte usque ad terminos de Argedas et de Tutela quas in proximo annuente Deo habebimus. Similiter mandamus ut in totos illos sotos ubi entrant nostri homines et nostri merini aut illi seniores qui tenent illos per nos, intrent ibi uestri homines et sint al... soluti per intrare et taliare sine ullo cesso et sine ullo damno.

Igitur hec omnia superius scripta, ego Sancius prefatus gratia Dei rex et filius meus Petrus, bono animo et bona uoluntate donamus predicte ecclesie Ihesu Nazareni pro remedio animarum nostrarum patrum⁵⁴ ac filiorum nostrorum nec non auorum omniumque propinquorum nostrorum ut clerici prescriptae aecclésie Ihesu Nazareni deprecentur Domini pietatem pro statu regni nostri et pro peccaminum nostrorum absolute et ex nostra oblatio acceptabilis sit Deo quatenus det nobis Deus uictoriam contra inimicos nominis christiani et de isto regno transitorio ualeamus transire ad regni celestis gaudia, et in die tremendi examinis, mereamur in electorum numero aggregari atque audire illam desiderabilem et obrabilem uocem: "Venite benedicti patris mei precipite regnum quod uobis paratum est ab origine mundi". Siquis uero regum, imperatorum, episcoporum, clericorum, iudicum aut aliquis secularum seu ecclesiasticorum aut aliquis posteritatis nostrae ad irrumpendum uenerit non ualeat hoc uendicare quod requirit, sed componat omnia hec in cuplo et meliorata et in antea ista carta firma et stabilis permaneat omni tempore. Facta est carta

III nonas mai Era T. C^a. XXX^a. I^a. Anno Dominice Incarnationis T. XC. III^o sub die idus ianuarii in anno III^o quo edificatus fuit et factus Montearagon⁵⁵. Regnante me Santio gratia Dei rege in Aragonie et in Pampilonia. Petro autem filio meo prelibato regnante in Suprario et in Ripacurcia et in Montesson⁵⁶. Petro episcopo in Irunia; alio Petro episcopo in Iaca. Raimundo Dalmatio episcopo in Roda. Comite Sancio Ranimiriz in Banabar et in Fonte Tuba; alio comite Santio Sangiz in Baiona et in Sancti Stephani de Deio. Senior Lopgarcez in Unocastello et in Tafalia⁵⁷.

Ego Petrus Aragonensium episcopus, consilio canonicorum meorum Sancii uidelicet prepositi, Luponis archidiaconi, Galindonis prioris et aliorum, quicquid in hac carta continetur scriptum secundum priuilegium Urbani Pape laudo et hoc (*signo*) signum confirmationis manu propria facio.

Ego Petrus Pampilonensis episcopus, consilio domni Frotardi abbatis tomeriensium et canonicorum sociorumque meorum Poncii uidelicet monaci Abonis et Petri Remigii archidiaconi et Poncii Vitalis et Ugonis de Conquis primi pampilonensis prioris et aliorum, secundum priuilegium domni Urbani Pape laudo cartam istam saluo iure episcopali et hoc (*signo*) signum manu propria facio.

Ego Berengarius Terrachonensium archiepiscopus (*signo*) et hoc signum confirmationis facio. Ego Frotardus abbas quamuis indignus tomeriensi laudo cartam istam et hoc signum manu propria facio (*signo*).

Signum (*signo*) Sancii.

Signo de Pedro I en caracteres árabes.

AHN. Clero. Montearagón. Carp. 621, n.º 6, 7, 8, 9, 10 y 11. Copias del siglo XII.

AHN. Clero. Montearagón. Carp. 621, n.º 12. Copia de finales del siglo XIII.

⁵³ Carp. 621, n.º 6, falta: *Concedimus et confirmamus sine ullo damno*. En su lugar está la firma del rey Sancho Ramírez.

⁵⁴ Ídem: *patrum matrumue*.

⁵⁵ Ídem falta: *sub die ... Montearagon*.

⁵⁶ 621/6 termina aquí.

⁵⁷ Las copias carp. 621, n.º 9 y 14, terminan aquí. En la n.º 14 hay subscripciones de los testigos del traslado notarial, así como la firma correspondiente del notario que lo hizo.

AHN. Clero. Montearagón. Carp. 621, n.º 13. Trasunto notarial del siglo XV.

AHN. Clero. Montearagón. Carp. 621, n.º 14. Trasunto notarial realizado en Montearagón el 13 de marzo de 1323.

Publica Antonio Durán, Colección diplomática..., I, doc. 55, pp. 74-80.

Publica Ángel Canellas^{SR}, La colección..., doc. 137, pp. 135-142.